

(o)

CONSPECTVS.

§. I. *Ingressus. Pertenuis spes est, fore ut legibus peregrinis Germania unquam penitus purgetur.*

§. II. *Quippe quae ubiuis patriae locorum etiam nunc melli sunt, tabulis et signis illarum in foris ubicunque propalam collocatis. Contra Statutis Germanicis maximam partem etiam nunc abditis atque abstrusis. Votum, ante omnia haec in lucem protrahi. Quo non factō, sistema iuris Germanici omnibus numeris absolutum expectandum non est.*

§. III. *Iam medii aeui iura Germanica Romanis mixta fuerunt, horumque receptione utique illis haud raro repudium derunt maiores.*

§. IV. *Id quod extra dubitationem positum est, si iura noua Germanica spectentur, siue vniuersalia siue singularum rerum publ. An Sc. Velleianum in omni Germania sit exul?*

§. V. *Lubecenses et Holsati locum et lautia dant SC. Velleiano. Confuntantur Ludewigius et Heineccius.*

§. VI. *Introducto per Ordinationes Imperii et Recessus iure Romano ius Germanicum haud raro in exilium datum est. Id quod receptum ius repraesentandi in successione collateralium praeter alia comprobatur.*

§. VII. *Definitio iuris repraesentationis.*

§. VIII. *Diuisio iuris repraesentationis. Sitne repraesentatio in successione descendantium iuris diuini naturalis? Heroldus et alii plurimi id adfirmant. Lex 7. ff. de bon. damn. et Authentica in successionem Cod. de suis et legit. liber. enarrantur.*

§. X.